pauciores, qui Tridenti remanserunt, si quid a maiore parte minus iuste factum fuisse in hac translatione cognouissent, eius S.tas suas non excusationes, uel querelas porrigerent, quas quidem eius S.tas nunqs sane recusasset accipere: quemadmodum neqs nunc recusat; imò quando Cæs.ea M.tas uerba sua spectant, et pronocent, quemadmodum iustissimum et religiosissimum Principem decet; S.tas eius suum causæ cognitionem et controuersiam de iure translationis eiusdem, ueteri et perpetuo more, et iure Romanorum Pontificum ad se reuocat. quanta uero æquitate hoc faciat, et facturus sit paulo post explicabo. Nunc ut concludam hunc locum gratulationis et gaudij ex his quæ iam diximus uides O. Orator, quantam causam habet ea S.tas eius, et sacrum hoc collegium, et omnes ptes. tu ipse denique Principis tui causa ecclesiæ gratulande ereptæ ex tanto timore, quanto asserta protestatio tanti Pont.is tali tempore merito incutere possit. qua in re diuinæ bonitati maximæ sunt agendæ gratiæ, quod cum sedicitiosa consilia non deessent, quæ Cæs.am M.tem huc impellerent, tamen dei tutela in eum tantu exstitit, non modo ut non promiserit eum aliquid de huiusmodi in suis scriptis congredi, quod ecclesiæ perturbationem afferre possit, sed contra ueram et legitimam uiam

apemerit

agerent ad ipsam pacem ecclesiæ, et concilij ipsius concordiam firmandam. Principis ergo tui causa habes quod gaudeas O. orator; tua uero quantum uel gaudendum, uel dolendum tibi sit, tuo iudicio perpendendum relinquitur. atqs hæc quidem quæ hactenus dicta sunt, cum eiusmodi sint quæ fundamentum huius dictorum et actorum in superiori Consistorio tollant, ijsdem sane S. S.tas omnem suam responsionem concludere posset; nec quisqs præterea ad protestationem tuam quæ nulla est, nullam uim habet, nullo iure consistit, respondere. uerum quia fieri posset, ut si quæ abesse dicta silentio præterirentur, suspicionem ea res alicuius ueri obiecti criminis, tu uero plura obiecisti, ignaris uerum afferre posses; idqs cum detrimento salutis animarum eorum, qui illis fidem essent habituri. Ideo S.tas eius omnium saluti consulere uolens, et falsos rumores sparsos quantum fieri potest ex omnium animis depellere; me etiam iussit ut ad obiecta tua in asserta illa tua protestatione responderem ea, quæ a me nunc ex auditu; si primum quid ex hac tota hac protestatio, et quem tibi finem proponat edixero. Scopum uero eum esse uideo, ut negligentem in rebus ecclesiæ S. S.tem, tergiuersantem, et moras afferentem, ne concilia rite celebrentur, ostendat: